

*itinerario Ant. (p. 25. 26) 195. — 4) Cf. supra N. 1055. — 5) leg. III in litura restitutum. Cf. supra N. 505. 2296 not. 5.*

**5836** imp. | Caes. divi Sep[ti]mi Severi Pi[i] A[r]abici Adiab[eni]ci Parthici m[ax.] | Brittanici max[i]mi nepos, divi | M. Aureli Anto[ni]ni Pii Parth[ici] ma[ximi] Brittan[ici] | maximi Ger[mani]ci maximi Ad[iabeni]ci maximi [fl., M.] | <Aurelio Sev[er]o Al[ex]an[d]ro | Pio felici<sup>1</sup> [Aug.] | pontifex m[axi]mus, tribu[n]ciae potes[ta]tis !!!, cos. !!!<sup>2</sup> | p. p.: | Carthagine m. [p.] . . , | Hippon[e] R. m. p. . . , | Cirtae m. p. L . . . , | Lambaese m. p. C . . , | Theveste m. [p]. . . .

*In Numidia rep. loco dicto Fedj Suiud vel Siuda, ubi videtur fuisse Vatari (cf. infra), est Ain-Beida (VIII 10118. 22247 viderunt Wilmanns et Schmidt). Vatari, teste tabula Peutingerana, bivium fuit viarum Cirta Thevestem et Cirta Carthaginem. — 1) Quae uncis < > inclusimus, in litura reposita sunt; scilicet fuerunt hic primum Elagabali nomina, deinde his erasis intrusa sunt Severi Alexandri; deinde etiam Alexandri vocabulum erasum. — 2) Et ante et post cos. numerus III videtur erasus; scilicet inscriptio cum posita esset Elagabali anno tertio, post mortem eius, erasis numeris illis, adaptata est Alexandri anni primo.*

**5837** . . . | felici Aug. trib. p., cos. III, | p. p., procos., Avar.<sup>1</sup> L<sup>2</sup> XIII, | Med.<sup>3</sup> l. XII, Ner.<sup>4</sup> l. XXV.

*Alichamps (cf. C. I. L. XIII p. 474) rep. (Renier Annuaire de la société des antiq. de Fr. 1850 p. 239, cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 478, Villefosse bull. des antiq. de France 1898 p. 380). — 1) Avaricum (Biturigum, hodie Bourges). — 2) Leugas (cf. infra N. 5847 not. 5). — 3) Mediolanum (Chateau-meillant) inter Avaricum et Augustonemetum (tab. Peut.). — 4) Neriomagum (Néris; cf. C. I. L. XIII p. 478).*

**5838**

. . . . . [ab]  
Autessioduro<sup>1</sup>.  
. . . XVI Siduo<sup>2</sup> ab m. p. XX . .  
Autessioduro.  
. . . II Intaranum<sup>3</sup> ab m. p. XX . . .  
Autessioduro  
sic:  
Odouna<sup>4</sup>,  
Intaranum.  
. . . XX Intar[anum ab] [m. p.] . .  
. . . .

*Augustoduni Haeduurum (Autun) rep. c. a. 1840 (XIII 2681<sup>b</sup> vidit Hirschfeld; Desjardins Géographie de la Gaule IV p. 22 cum tab.). Alterum fragmentum eiusdem monumenti, sed exiguum, repertum est a. 1893 (XIII 2681<sup>c</sup>), tertium multo maius prodiisse videtur ante ducentos vel plures annos, sed ex eo pauca tantum nomina enotata habemus (XIII 2681<sup>a</sup>); ex his videtur colligi posse, etiam viam Roma Augustodunum in eodem monumento enarratam fuisse. Simile monumentum, sed non idem, Eumenii aetate expositum fuit Augustoduni in porticibus publicis (Eumen. pro restaur. scolis 20); cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 403<sup>b</sup>. — 1) Hodie Auxerre (cf. C. I. L. XIII p. 449). — 2) Locus ignotus. — 3) Entrains (cf. C. I. L. XIII p. 446). — 4) Ouanne (inter Auxerre et Entrains).*